



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Controversiarvm Omnivm Hvivs Ævi Lvthero-Calvinisticarvm Libri Tres

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiæ, 1627

Concilia Apostolica Sæcvli Primi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35233

PONTIFICVM ROMA-
NORVM A CHRISTO

Caepa, Continuataque
Successio.

IESVS CHRISTVS Homo DEVS
Summus Sacerdos secundum ordinē
Melchisedech in æternum & PONTI-
FEX TER OPTIMVS MAXIMVS;
& per excellentiam solus. Porro cæteri
fuerunt, sunt, eruntque ipsius vnus Vi-
carij & sui met ipsorum, non CHRISTI
Successores.

Atque istorum & Officij autoritate;
& Iurisdictionis potestate fuit PRIMI
Petrus Apostolus, super quem,
non qua personam particularem, sed
Caput ac Pastorem, fundauit Ecclesi-
am Christum. Quo in Cœlum digresso,
Petrus Monarcha Primatum ac Papa-
tum ingressus est anno *Christi nati* 34.
Claruit rebus multis & Ecclesiasticè &
Miraculosè gestis, & eximia vitæ sancti-
tate. *Sedit Roma annos 24. Men. 5. dies 11.*
Eius vitæ periodum reddidimus in *Lu-
thero. vol. p. 2. q.*

2. S. LINVS anno 51. Claudio Chri-
stianos proferibente, Pet: oque Iero-
solymam confuga, absentis agit Vica-
rium Romæ donec anno 68. rediret Pe-
trus cum Paulo Romam ad opituland-
um afflictis ab persecutore Nerone.
At Anno 69. Petro sufficitur in Sede A-
postolica: Interficitur martyrio anno 80.
expletis in Pontificatu *an. 11. M. 2. D. 23.*

3. S. CLETVS succedit: decedit mar-
tyrio anno 93. *Sedit A. 12. M. 7. D. 2.*

4. S. CLEMENS creatur anno 93. De
quo in saeculo secundo.

CONCILIA APOSTO-
LICA SÆCVLI
PRIMI.

CHRISTVS IESVS omnium qua
in cœlis ac in terris sunt, Pontifi-
cumque suorum summorum Romæ;
Pontifex Summus, & ter Opt. Maxi-
mus, quandam Christianis Concilijs
quasi formam præbuit *Mat. 16.* admo-
nens congregatos Apostolos primura
vt à fermento cauerent Pharisaorum
ac Saducaeorum: Dein grauissimam om-
nium quaestionum quaestionem propo-
nit definiendam: *Quem dicunt homines
esse filium hominis? Et, Quem vos me esse
dicitis?* Definitque Petrus, vt Papa fu-
turus, infallibiliter; infallibilemque re-
cepit & promissionem: *anno Christi nati*
33. Exinde Domino in cœlos hinc egres-
so successerunt ordine.

HIEROSOLYMITANA CONCI-
LIA quatuor.

I. Anno 34. Apostolis in cenaculo
Ioannis Marci congregatis,angebatur
Petrus de Apostolorum numero com-
plendo, sibi non tantum Gregem, sed
& Pastores gregis esse commissos pu-
tans, causam Electionis Matthiæ in lo-
cum Proditoris proponit peractæ in
forma scrutinij, & præmissa oratione
dederunt sortes; & cecidit sors super Matthi-
am.

II. Concilium in causa electionis Diaconorum VII. Cardinalium, *AET.*

6. Quo eodem tempore Petrus Apostolorum Princeps Iacobum Alpinaei, seu Minorem consecrauit Ierolymorum Episcopum, presentibus Ioanne & Iacobo Zebedæi: Vnde mos inoleuit, vt non minus, quam à tribus, consecraretur Episcopus. Idque anno 34.

III. Concilium in causa Symboli Apostolorum componendi, anno 44. antequam dispergerentur in orbem, vt Vnam haberent formam prædicationis; & suam quisque tesseram Apostolus.

IV. Concilium item Anno 51. in causa Legalium abrogandorum, *AET.* 19. Vbi Paulus & Barnabas sententiam Concilij perscripserunt.

Item Petrus de Vocatione Gentium differuit: conscriptaque definitio ad cæteras est, missaque Ecclesiis per Paulum & Barnabam.

Vnde mos obtinuit mittendi Legatos ad Concilium, vel ex eodem ad Papam.

CANONES APOSTOLORVM.

S. Clemens Papa collegit 50. Canones vt Leoni PP. placuit: vt Zephyrino, 60. vt Synodo sexta 82. Atque eas fidei regulas seu Constitutiones esse factas Antiochia testantur S. Patres: queis & post Apocalypsim locum dedere primum. Eorum hæc summa est.

1. Episcopus à duobus aut tribus Episcopis ordinetur.

2. Ab uno Diaconus & cæteri Clerici.

3. Nihil præter Ordinationem Domini, in Sacrificio offeratur.

4. Cum S. Oblatio celebratur offerri licet ad luminaria & thymiamata.

5. Primitia omnium Episcopo, & Presbyteris domum mittantur; non super altare, que eas inter Clericos diuidant.

6. Vxorem propriam non abiciat: sc. quæ soluto matrimony vinculo: Secedant tamen ab eis, vt Synodus VI. Generalis habet. *Can.* 12.

7. Curas seculares non assumant.

8. Pascha ante Vernale æquinoctium non celebretur cum Iudæis.

9. Omnes de Clero in Missis communicent.

10. Fideles non exeant Ecclesia, nisi communicarint.

11. Cum excommunicato loquens, sit excommunicatus.

12. Item cum eo orans.

13. Excommunicatus non suscipiatur in ecclesia sine Commendatitijs.

14. Episcopo liceat de vna ad aliam transferre ecclesia ob maiorem profectum animarum.

15. Presbyteris non liceat propriam relinquere ecclesia.

16. Qui eos susceperit, excommunicetur.

17. Bigamo non liceat Gradum ecclesiasticum suscipere.

18. Viduam ducenti item non liceat.

19. Ducens viduam fratris aut filiam sibi Clericus nequeat.

20. Clericus fideiussionibus inferniis abiciatur.

21. Eunuchus per insidias, aut persecutionem, aut naturam factus, fieri Episcopos possit.

22. Seipsum abscindens, Clericus non fiat.